

## 167.

*König Konrad III. bestätigt den zwischen dem Bischof Uto von Naumburg und dem Markgrafen Konrad abgeschlossenen Vertrag über die wegen der voigteilichen Gerechtsame des letzteren von den bischöflichen Unterthanen fernerhin zu gewährenden Abgaben. — Zeuge: Landgraf Ludwig.*

Bei Bamberg, 1144. 5

*Hdschr.: Cop. Cizense (Saec. XV.) fol. 4b. Stiftsarchiv Zeitz. Phot. H. St. A.*

*Gedr.: Schöttgen, Konrad 294. Stumpf 3470.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Conradus divina favente clemencia Romanorum rex secundus. Pietatis et iusticie regula exigit quieti et utilitati ecclesiarum operam dare et, ne aliqua perturbacionis molestia graventur, sanioris consilii remedio providere. 10 Proinde controversiam, que inter fideles nostros Utonem Nuemburgensem episcopum et marchionem Conradum de cuiusdam iuris exaccione fuerat orta, sed prudenti consilio Frederici venerabilis Magdeburgensis archiepiscopi nec non Reinhardi Merseburgensis episcopi, Meinhardi quoque Misinensis episcopi aliorumque sapientum, cooperante eciam viro industrio Adelberto marchione ad pacis et concordie bonum redacta est, nos pre- 15 sentis privilegii auctoritate penitus amputamus et pactum, quod inter eos ex amborum consensu laudatum est, laudamus, stabilimus et roboramus et, ne aliquis episcoporum Nuemburgensium aut marchionum Missinensium hanc convencionem infringere vel mutare vel aliquo modo permutare presumat, sub obtentu gratie nostre interdiciamus. Hec est autem conventio, que inter eos facta est. Frumentum, quod marchio postulavit, hoc 20 omnino dimisit hac interiecta condicione, ut de singulis mansis smurdorum quatuor denarii et de mansis hospitem duo denarii ad usum predicti marchionis persolvantur et hoc incipiant in festo sancti Michahelis et in festo sancti Martini persolutum sit. Ut autem huius privilegii nostri pagina firma et inconvulsa omni deinceps tempore permaneat, sigilli nostri impressione eam insigniri iussimus manuque propria, ut infra apparet, corroborantes, testes 25 ydoneos subternotari fecimus, quorum nomina hec sunt. Eilbertus Babenbergensis episcopus. Embricho Wirceburgensis episcopus. Bucco Wormaciensis episcopus. Siffridus Spirensis episcopus. Otto Frisingensis episcopus. Henricus Ratisponensis episcopus. Henricus Olomucensis episcopus. Wicherus Brandinburgensis episcopus. Fredericus dux Sueuorum. Otto palatinus comes de Witelinesbag. Tiboldus marchio de Voborch. Otto 30 filius Alberti marchionis. Ludewicus provincialis comes Turingie. Ludewicus comes de Lara. Esecho de Burnsteden. Comes Vdalricus de Lenceborg. Comes Gebehardus de Sulcebach. Fredericus Ratisponensis advocatus. Anno dominice incarnationis MCXLIII, indictione VI, regnante Conrado Romanorum rege II., anno vero regni eius VII; data apud Babenberg; in Christo feliciter amen.